

Alte Drucke

**F. IOAN. DVNS || SCOTI, || ORDINIS MINORVM, ||
THEOLOGORVM OMNIVM || EMINENTISSIMI, || Atque
Academiae subtilium Antesignani, || Quæstiones Tertij ...**

Duns Scotus, Johannes

Venetiis, 1580

DISTIN. XVI.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150218

A tamen phantasia habuit speciē passionis & mortis, ideo apprehendebat hoc & secundū partem sensitiuam vere timuit.

¶ Ad aliud de Dama. quia habuit intellectuam mestam. Dicendum quod omnes ille auctoritates quæ dicunt quod habuit tristitiam, possunt exponi de tota voluntate secundū portionem superiorem & inferiorum, quia hoc verum est respectu peccati aliorum de quo tristabatur, vt supra dictum est. Et nota quod Dama. accipit intellectuam pro parte rationali, vt distinguitur contra sensitiuam, & non pro parte intellectuā apprehensiuā.



HIC ORITVR QVÆSTIO EX PRÆDICTIS & cæ.

B

DISTIN. XVI.

QVÆSTIO. I.

Utrum Christus habuerit necessitatem moriendi.



2.1.

I NCA istum. 16. distinctio. in qua magister agit de modo quo filius Dei assumpsit defectus humanæ naturæ, quaeritur vnum. Vtrum scilicet Christus habuit necessitatē moriendi. Quod non, Roma. 8. Corpus mortuum est propter peccatum, id est habuit necessitatē moriendi. Similiter Gene. 2. In quacunque die come. mor. Sed Christus nec habuit peccatum originale nec actuale. cum igitur mors inflicta sit propter peccatum, vt patet per auctoritates

dictas, sequitur quod Christus non habuit aliquam necessitatē moriendi. ¶ Præterea, anima Christi fuit omnisciens, sicut patet, igitur fuit omnipotens, & si hoc, igitur non habuit necessitatē moriendi, quia potuit prohibere omnem causam mortis. consequens prima patet, quia non minoris perfectionis est omnia scire quam omnia posse, cum vtrunque respicit omnia & includit potētiā respectu actus tendentis in omne possibile. ergo. ¶ Præterea, corpus eius fuit temperatissimum & optime complexionatum, aliter non fuisset proportionatum animæ suæ, quæ fuit nobilissima inter omnes formas perficientes materiam, scilicet autem anima eius omnia quæ poterant nocere & quæ cōferre sanitatem, & tenebat saluare vitam suam. igitur accipiendo pro alimento conferentia dimittendo noxia & præcauendo ab extrinsecis corruptiuis, potuit semper vixisse, quod bene sciuit facere. igitur nulla fuit in eo necessitas moriendi.

¶ Præterea, anima sua fuit perfectissima inter omnes formas perficientes materiam. igitur perfectissime perficiebat materiam, & per consequens abstulit omnem priuationem a materia quam perfecit, quia hoc potest forma imperfectior, scilicet forma cœli, ita quod cœlum sit naturaliter incorruptibile. igitur hoc fecit anima Christi respectu suæ materiae.

¶ Contra. Omne corruptibile necessario corrumpetur, 6. metaphy. Et causa est, quia contraria in eodem semper agunt & patiuntur adinuicē. cum igitur corpus Christi fuerit cōpositū ex contrari-

contrari-

1.4.9.12. A contrarijs, tandem corrumpere-
 tur naturaliter. ¶ Præterea, ma-
 6.11. teria est qua res potest esse &
 1.1.10. non esse. 7. Meta. & hoc ratione
 priuationis in ea. 1. Physi. quia
 priuatio siue materia priuata
 machinatur ad maleficium .i.
 ad corruptionem compositi cu-
 ius est, sed materia fuit eiudem
 rationis in Christo & in nobis.
 sed in nobis est causa necessa-
 ria corruptionis, igitur & in
 ipso.

QVÆSTIO. II.

*Utrum in potestate anima Christi
 fuit non mori ex violentia pas-
 sionis.*

EXTA hoc qua-
 ro. Vtrum in pote-
 state animæ Chri-
 sti fuit non mori
 ex violentia passio-
 nis. Quod sic, quia anima sua se-
 cundum voluntatem perfecte
 dominabatur appetitui sensiti-
 uo & omnibus viribus inferio-
 ribus, quia in ipso nulla rebellio
 ipsarum fuit. igitur dominabat
 plene super corpus vt posset im-
 pedire oēm violentiā corpora-
 le. probo, quia dñabatur corpo-
 ri principatu politico sicut do-
 minus seruo, appetitui autē sen-
 sitiuo & alijs viribus inferiori-
 bus principatu politico, sicut
 rex vel princeps dñatur ciuibus.
 quare pfectius dñatur corpori q̃
 alijs viribus, quia seruus nihil
 potest cōtra dñm. cuius aliquid
 pōt contra principem, & cōtra
 dicit sibi aliqñ. ¶ Præterea. Io. 10.
 dicit Christus. Potestatem ha-
 beo ponendi animam meā. Et
 iterū. Ego pono animam meā
 in meipso, & nemo tollit eam a

me. Quæro quō intelligit cum C
 dicit a meipso, non enim a se
 Dei verbo, quia nunquam fuit
 deposita vel separata a verbo ani-
 ma illa, igitur hoc dicit vt ho-
 mo, q̃ posuit animam a se se-
 parando ipsam a corpore. igitur
 in potestate animæ fuit se-
 parari vel non separari. ¶ Simi-
 liter infra Ioan. dicit. Hoc man-
 datum accepi a patre. scilicet
 ponere animam meam, sed nō
 accepit mandatū nisi vt hō, quia *Matt. 27.*
 in diuitate equalis erat patri. *Mar. 15.*
 go vt homo & minor patre po-
 suit animā suā. ergo vt homo
 habuit in potestate sua pone-
 re, vel non ponere. ¶ Præter-
 ea, in multis euangelij habetur
 quod cum clamore valido emi-
 sit spiritum. hoc autem non po-
 tuit esse quod sic valide clama-
 ret, nisi præuenisset gratis ho-
 ram mortis quæ accidisset ex
 violentia passionis, igitur ante
 horam illam siue intrans po-
 tuit ex potestate sua animam
 suam, & eadem ratione potuit
 etiam non posuisse pro tunc nec
 postea, & ita in potestate eius
 fuit mori vel non mori ex vio-
 lentia passionis. ¶ Contra. fuit
 in eodem statu secundum cor-
 pus in quo nos & viator. igitur
 secundum corpus potuit sibi
 violentia inferri, vnde necessa-
 rio dissolueretur corporis ar-
 monia, parer in nobis. & ita
 vnde corpus priuatur vita.

¶ Præterea, si in potestate
 sua fuit præseruare corpus ab
 omni violentia extrinseca. er-
 go cum tenebatur se custodi-
 re a morte, sicut quilibet, se-
 quitur quod in moriendo pec-
 casset, quia post dilectione Dei
 & animæ proprię & aliarū, pxi-
 morū tenebatur suū corpus dili-
 gere

*Vid. 1.
 p. 11. c. 2.*

Agere lege charitatis, & ita si posuit animam vel poni permisit, cum potuit hoc præsruasse ut homo peccasset, quia qui non præsruat dissolutionem sui corporis cum possit, peccat.

S. Bon. AD PRIMAM quaestio-
prae nem dicitur a multis q̄ habuit
dist. ar. necessitatem moriendi, quia in
1. q. 3. eo fuit potentia materię eius-
dem rationis sicut in alijs homi-
nibus, & fuit priuata alijs for-
mis, & materia priuata est ne-
cessaria causa corruptionis. et

Uita vv. go. ¶ Præterea, in copore Christi
dist. præ- fuit cōtrarietas qualitātū, quia
fens. 6. qualitates elementares nō sunt
habens quo in omnimoda pportione equa-
lib. 3. 9. li in corpore mixto proportiona-
to anima, quia aliter complexio

RATIONES istę non cō
cludunt, quia omnes æque, præ
ter vltimam concludunt de cor

pore Christi modo, vel de cor- C
pore post iudicium sicut ante.

¶ Prima non, quia corpus istud
habet modo eandem potentia
materie quam prius, & simili
modo priuatam, quia non habet
aliud actum modo q̄ ante, &
ideo sicut anima ante non ab-
stulit priuationem communicā-
di se per essentiam corpori, sic
nec post, quia non communicauit
se materie post resurrectionem
nisi sicut ante. ¶ Præterea,
secunda & tertia ratio non con-
cludunt, quia corpus Christi in
cælo est mixtum, & est ibi con-
trarietas quæ ante, & elementa
nata sunt esse in regionibus pro-
prijs cum sint extra & magis ex
reæ q̄ prius in corpore Christi.

Anis. Sed si mixta sunt necessario corruptibilia, hoc est ex causa intrinseca, & maxime animata, quia in talibus aliqua qualitas domiatur ut calor, qui tamen continuo fouetur in humido tendente in corruptionem continue per actionem caliditatis, ideo tandem ex tali actione sequitur defectus & corruptio humidi radicalis in aliquo citius in aliquo tardius, secundum quod actio est fortior & minus fortis. & ideo nihil facit ad peryodum determinatam extrinsecum, corruptiuum. & ita est peryodus ipsius maior & minor in ipsis ex causa intrinseca, ita quod aliquid interest causa peryodi & corruptionis magis quam econuerso. Similiter elementa simplicia **B** non corrumpuntur secundum totum. quod autem corrumpantur secundum partem, hoc est ex actione alterius contrarii in ipsum, & subtractione causae conseruantis & generantis. sicut ignis de inferiori sphaera corrumpitur in hyeme in regione ista ex actione frigidi dominantis ex elongatione solis. econtra in estate generatur pars ignis, & corrumpitur frigiditas propinqua igni. Et causa est accessus solis excludentis actionem talem, & corpus simplex non corrumpitur propter peryodum certam quam in se habeat sed peryodus rei sequitur causam corruptiuam, & est maior vel minor ex causa alia quam ex hoc quam peryodus.

AD QVÆSTIONEM igitur dico. Primo comparando verbum assumens ad naturam assumendam. Secundo comparando naturam ad qualitatem consequentem. Tertio comparando naturam assumptam

ad gloriam & penam. **Primum** potest esse tripliciter. Primo modo comparando verbum assumens ad naturam gloriosam assumendam, quia potuit accipisse naturam simpliciter gloriosam, & illa nullo modo habuisset causam simpliciter corruptionis. Secundo modo comparando verbum ad naturam innocentem assumendam sine peccato originali, & cum iustitia originali, ita quod esset innocentia ex parte nature in se, & sic adhuc non fuit hic aliqua causa demeritoria mortis. Tertio modo comparando verbum ad naturam assumendam gloriosam, sic quod gloria non redundaret in corpus per miraculum, & sic facto illo miraculo in tertio instanti sequebatur in quarto causa necessitatis dissolutionis illius corporis & separationis huius animae a corpore. **Dico** ergo ad propositum quod comparando verbum ad naturam gloriosam assumptam in tertio instanti sine redundantia gloriae animae in corpus necesse fuit corpus suum esse mortale, licet hoc fuerit speciale & nouum miraculum quod gloria animae non redundauerit in corpore, facto tamen miraculo isto corpus illud habuit necessitatem moriendi, quia nec gloria redundauit in ipsum, nec secundum corpus habuit iustitiam originalem praeseruantem a corruptione. Hoc confirmatur per Aug. de baptismo paruulorum, ubi expresse dicit quod facto illo miraculo habuit necessitatem moriendi. Sed unde fuit haec necessitas moriendi. Respondeo, quia corpus sibi dimissum per priuationem redundantiae gloriae fuit animale, & ideo non

A non sub pleno dominio animæ ad prohibendum passionem in corpore. iō fuit in corpore eius corruptio & restauratio p sumptionem alimenti, sed non potuit fieri restauratio ita perfecta q corpus semper maneret nisi anima perfectum dominū habuisset supra corpus. ¶ Contra, sciuit quantum necesse fuit sumere ad tantam restaurationem deperditi, vt * tantum restauraretur quantum fuit deperditum. ¶ Respondeo, quāuis sciuerit hoc, attamē duo sunt. quare hoc non sequitur. ¶ Silicet potentia nutritiue debilitatio in conuertendo. ¶ Et impuritas alimenti quod assumpserit de impuritate alimenti dīco q si Adā habuisset alimentum nostrum

*a. l. ad tā
im.*

*x. phy. &
alibi se-
pe.*

B liber habet generari ex quolibet, sicut ex termino. sed determinatū ex determinato, & ideo ex alimento puriori & meliori generatur melior sanguis, & quod sanguine puriori generatur caro solidior & permanen-
tior. vnde ex alimento corrupto

*Dubiū cu
rio sum.*

& impuro generatur caro valde fluida. igitur impuritas alimenti Iesu Christi respectu alimenti Adā fuisse in Iesu Christo sicut in nobis causa extrinseca corruptiua, quia non fuisset ex parte alimenti ita perfecta restauratio sicut deperditio. ¶ Sed posito quod habuisset esum ligni vite, fuisset ne corpus eius incorruptibile. Dico quod non sed habuisset causam inuisibilem moriendi, quia omnis virtus naturalis relicta sibi, nō præseruata per aliquod donum co-latum agendo in aliud naturale, repatur & debilitatur, & tā-

tum agere posset quod debili-
tabitur intantum quod nō posset sufficienter agere ad conseruationem sui indiuidui, vt patet de virtute nutritiua in nobis, quæ longa actione in alimēta & ex conuersione diutina tādē debilitatur ita vt non possit plus connertere, talis fuisset nutritiua Christi sibi derelicta, & ideo tandem debilitata non potuisset amplius restaurare. ¶ Igitur debilitas virtutis & impuritas alimenti extrinseci fuisset sufficiens causa sue mortis naturalis.

S E D C O N T R A ista sunt aliqua dubia, videt enim quod ex perfecta vnione Christi ad verbum sine omni alio miraculo nouo præseruaretur corpus eius ab omni corruptione, quia assumptio fuit talis, vt assumptum nunquam dimitteretur secundum Damascenū. igitur nō dicitur potuit esse quod stante vnione corporis ad verbum aliqua pars carnis eius flueret, & corrumpere. quia sic assumptū fuisset dimissum. Immo si fluerent partes, hoc videtur fuisse per miraculum, igitur magis fuit * miraculum Christum fuisse mortuum quam naturalem.

¶ Preterea si partes fluebant, tunc fuit restauratio partis nouæ. hoc autem non fuit sine nouo miraculo, quia illa pars nouæ vniebatur verbo, hoc non potuit fieri nisi a verbo, quia tantæ potentia est vnire partem verbo sicut totum corpus, sed totū nō vnitur nisi per miraculū. igitur nec illa pars. ¶ Dico ad ista quod factō illo miraculo quod gloria animæ non redundabat in corpus, necessitas fuit quod partes corporis fluerent
pct

A per sudorē, & alias consumptio-
nes, quia actiuo & passiuo natu-
ralibus approximatis necesse
est sequi consumptionem. si al-
terum habeat dominium. sed
in copore Christi fuerunt cali-
dum & humidum, & aliquod
dominium vnus super alterum
& virtus nutritiua non sufficie-
bat ex alimentis restaurare
deperditum ex mutua actione,
ideo necessario fuit fluxus par-
tium & corruptio. ¶ Ad primum
cum dicitur quod semel assu-
ptum nunquam fuit dimissum,
verum est de principalibus par-
tibus corporis, quæ concurrūt
ad perfectionem hominis, cu-
iusmodi sunt partes etheroge-
neæ, scilicet cor, caput, manus
& huiusmodi, & tamen aliq̃
partes dimisse sunt, vt si inci-
dit sibi ungues vel rasit sibi ca-
pillos, & sic de partibus car-
nis & alijs. immo totum sub ra-
tione totius fuit dimissum, quia
totum integrum ex partibus
non semper fuit vnitum, vt su-
pra patuit, tamē principales par-
tes semper fuerunt vnite, & de
illis loquitur Dama. ¶ Ad aliud
cum dicitur quod tunc ex no-
uo miraculo fuit alia pars vni-
ta, dico quod non nouo sed an-
tiguo. Circa quod sciendum quod
sicut virtus generatiua habet ge-
nerare distinctum secundum eis-
se & secundum locum etiam se-
paratum, sic nutritiua habet ge-
nerare idem & vnitum, quia nu-
tritio est aggeneratio vnus ad
aliud per identitatem & vnita-
tem cum eo, & dico quod gene-
ratio nouę partis vnite corpo-
ri fuit naturalis, & quod caro ge-
nerata esset pars corporis præ-
existentis naturale est vtique,
sed quod pars ista vniatur ver-

bo fuit miraculum, non qui-
dem nouum sed eodē antiquo
quo primo corpus totū vnitur
verbo, vnitōis pars illius totius,
& omne illud quod est actu pars
eius, sed tamen virtus naturalis
fecit aliquid præambulum ad
antiquum miraculum quia fe-
cit quod aliquid esset actu pars
corporis quod prius non fuit,
sed hoc antiquo miraculo fa-
cto illa pars est vnita verbo vnio-
ne totius & effectiue a verbo &
a tota trinitate.

AD PRIMVM principa-
le dicitur quod corpus propter
peccatum mortuū est demeri-
torie, & ex hoc sequitur quod cū in
Christo nullū fuerit demeritū,
quod in primo instanti in quo as-
sumptio naturā innocentē non
fuit cā demeritoria mortis in
eo, & sic procedit illud Gen. quod
postquam comederūt, habuerūt pri-
mi parentes necessitatē morien-
di ex demerito, sed alia causa
fuit in Christo, sicut dictū est in
pede quæstionis. ¶ Ad aliud con-
cesso antecedente, nego conse-
quentiā, & causa est quia oīpo-
tētia ad omne passibile produ-
cendū non pōt conferri creaturę,
vel alicui nisi illud habeat in
se formā vnā vel plures in qua
vel in quibus radicetur potētia
omniū possibilium passibiliter
fiendorum, hæc autē forma non
potest esse accidentalis nec vna
nec multe, quia accidens secun-
dum se nō habet in se nec habe-
re pōt manēs accidens produ-
ctiuā virtutē omniū substantia-
rū vel alicuius. dico de se, igitur
oporret quod illa omnipotentia in
esset ei per aliquam formā sub-
stantialē virtualiter & perfe-
cte continentē omnem formā
& oēs ens possibile fieri, sed ta-
lis

*a. l. for-
ma.* A lis * potentia non potest conferri anima Christi manente anima, nec angelo, quia animamans anima, vel angelus manens angelus non potest infrigidare, & ideo repugnat sibi talis forma virtualiter continens omnia, sed posse cognoscere omnia cognoscibilia cum hoc non sit pducere ipsa in esse, non requirit nisi potentiam intellectiuam, & habitus vel species quorum anima est capax, ideo intendendo inscibilia non cauendo ea, sed tantum cognoscendo non requirit tanta perfectio in fundamento quo absolute cognoscit, sicut requiritur in fundamento omnipotentis quo potest omnia possibilia causare. ¶ Ad aliud cum dicitur qd sciuit se custodire & restaurare aequaliter, concedo qd sciuit si habuisset pro statu isto in quo fuit alimentum purum, & virtutem nutritiuam non debilitatem, sed virtutem defuit, ideo non fuit conuersio alimenti in ita puram carnem ut semper maneret, nec fuit virtus eius eque intense in conuertendo. ¶ Ad aliud cum dicitur qd eius anima fuit perfectissima forma, ideo absulit omnem priuationem a materia sicut forma coeli, dico qd sicut forma coeli non continet virtualiter vel causaliter & perfecte omnes formas, ita non potest auferre a materia (si in coelo sit materia) omnem priuationem, & potentiam materiae ad aliam formam. Ideo si in coelo sit * materia eiusdem rationis cum materia hic necessario est ibi priuatio & possibilitas ad alias formas, ideo si coelum sit incorruptibile oportet dicere consequenter qd vel sit forma simplex, vel qd si habeat materiā

*R. ex hoc
loco collige
opinione
docto-
ris de ma-
teria coeli.*

q illa sit alterius rationis & de o se tantum in potentia ad formam quam habet. ¶ Responde. Dist. re ad formas argumentorum supra pro prima opinione quomodo elementa sunt in corporibus gloriosis, & tamen sunt incorruptibilia, pertinet ad quartum librum ideo ibi vsque differatur.

AD SECVNDAM q. dico qd si anima Christi fuisset sibi absolute dimissa ex quo fuit gloriosa, gloria animae redudisset in corpus, & per consequens in potestate animae fuisset non mori ex quacunque passione. ¶ Sed quia in tertio instanti fuit praedenti. q. ideo in quarto instanti illud corpus necessario fuit corruptibile. ¶ Nec fuit in potestate animae a passione praeseruari, cuius ratio est, quia ex prima institutione naturae est qd aliqua actiua sunt nata dominari ab aliquibus passiuis, tunc sic. omne corpus alterabile & corruptibile per approximationem actiui dominantis potest corrumpi. corpus Christi fuit tale a primo instanti unionis vsque ad mortem, igitur per actiuum approximationem potuit in corpus illud induci dispositio vel qualitas inco possibilis animationi passivae illius corporis, & ita potuit per mortem priuari vita, quia anima non perficit nisi corpus dispositum, & proportionatum ei. ¶ Si dicas, qd sicut anima a solo Deo creatur & vnitur, sic solus Deus potest eam separare, & ita nihil aliud inferens passionem potest eam separare a corpore. ¶ Pratererea, si praeservare corpus a passione non fuit in potestate animae Christi, igitur passio

A passio & separatio animæ non fuit voluntarium nec per consequens meritorium.

¶ Præterea si sic, tunc passio illa fuit simpliciter violenta & si hoc non fuit meritoria. ¶ Ad primum istorum cum dicitur quod solus Deus potest vnire animam corpori, de hoc posset esse dubium an in resurrectione cum corpus fuerit summe dispositum, anima posset se vnire, vel an generans hominem vniat animam intellectiuam necessitando vniionem per organizationem corporis & dispositio nem conuenientem vltimate perfectibili ab anima intellectiua.

Sed quantum ad primum habet locum in quarto lib. concessum lo tñ antecedente nego consequentiā, si solus Deus potest vnire & igitur & separationem causare, quia agēs creatum potest inducere aliquā qualitatē in corpore.

Ad quam necessario sequitur necessitate absoluta examinatio corporis, nulla tñ qualitas vel dispositio creata in corpore ab agente naturali est causa necessaria simpliciter animationis.

¶ Passio corporis. Exemplū, ignis per actionem suam potest inducere qualitatem necessitante ad separationem animæ a corpore, non autem aliquam necessitatē ad vniionem animæ intellectiue ad corpus. Ignis dico de se solum.

¶ Contra communiter dicitur quod agēs naturale inducit dispositionem in corpore organico scilicet perfectam organizationem & debitam elementorum complexionem, quæ est dispositio necessitas simpliciter ad inductionem animæ. ¶ Respondendo, nulla dispositio inducitur ab agente naturali in mate-

riam est dispositio necessitans simpliciter ad animæ infusionem, sed quæcunque sit illa cum se teneat a parte materiæ in ratione receptiui & in potentia ad formam, est in potentia contradictionis ad ipsam animam intellectiuam. Aliter dispositio aliqua inducta in materiā ab agente naturali necessitaret Deum ad causandum animam & informandum corpus, quod falsum est, licet philosophus haberet hoc dicere, quia ipse posuit Deum naturaliter agere ex necessitate nature omne quod agit. Erideo sicut aere existente summe calido & summe disposito ad formam ignis, sequitur necessario quod ignis ignitatem aerem corrumpeudo formam aeris, ita posuit Philosophus quod corpore organico existente disposito per actionem agentis naturalis Deus necessario creat animam in corpore animando ipsum. Sed sicut philosophus errauit in illo principio ponendo Deum causare omnia extra se ex necessitate nature. Sic theologi negantes ipsum in illo principio debent consequenter negare illud in quodlibet quod sequitur ex principio illo, scilicet quod agēs naturale possit simpliciter necessitare materiā ad animationem passiuam, sed quælicet dispositio inducta in materiā ab agente naturali est in potentia contradictionis ad animationem & formam respectu Dei, quia Deus voluntarie & contingenter causat quicquid extra se causat.

¶ Ad secundum dico quod voluntas potest habere actum meritorium circa aliquod obiectum quod non est in potestate sua, imo

D
Documen
tū notabi
le contra
philoso
phos.

A quod est necessarium, & impossibile aliter se habere. Sicut potest amare Deum amore amicitiae volendo sibi bonum, puta ipsum esse iustum, sapientem & huiusmodi, & tamen velit nolit voluntas, Deus est iustus & sapiens, sic ergo mereri potuit voluntas Christi de passionibus Christi, quamvis non fuerit in eius voluntate impedire eam, complacendo .i. illi passioni, & acceptando ipsam pro bonum consequens ex ipsa, quia accepta fuit Deo. ¶ Ad tertium dico, quod violentum uno modo opponitur naturali, sicut violentum est lapidi sursum esse, quia naturale est sibi esse deorsum. & illo modo loquendo passio Christi fuit violenta animæ ut naturaliter inclinatur ad perficiendum corpus. ¶ Alio modo violentum opponitur voluntario. & illo modo sicut dictum est supra, eo modo quo passio nolita fuit ab anima, fuit violenta, & sic non meretur patiendi. Sed eo modo quo fuit volita & accepta a voluntate fuit meritoria & non violenta. Et hæc patent in pede quæstionis dist. 15.

Dist. 15. AD PRIMVM principalem dico quod anima non plus dominatur corpori quantum ad omnem potentiam quam se tenet cum corpore, quam dominetur appetitui sensitivo, immo minus, quia quantum ad potentias animæ vegetatiue non dominabatur super corpus, quāvis quantum ad potentiam motuā dñetur ut anima possit mouere corpus hinc inde localiter, & ad hoc opus & ad illud sicut videtur q. de praxi. in prologo, et sup. 9. Metaph.

testate sit exhibere eis materiam in quam agant, in materia exhibita non subiaceat dominio animæ in actionibus suis, & ideo ex sumptione alimenti impuri & debilitate virtutis in conuertendo fuisset corpus mortuum. Similiter anima non sic dominabatur appetitui sensitivo quod ipse appetitus fuerit impassibilis, sed vere doluit, igitur nec corpori, ut non posset pati ex dominio animæ, & ita argumentum assumit unum falsum, scilicet quod anima dominatur appetitui sensitivo, ut non patiat, & ita plus corpori. ¶ Ad secundum de Jo. dico quod ly ego in supposito & appposito stat pro eadem persona, sed non secundum eandem naturam, quia ego, scilicet suppositum verbi secundum naturam diuinam pono animam meam a meipso secundum naturam humanam, quia animam separauit a corpore non a verbo. ita quod ponere vel separare effectiue attribuitur verbo, sed terminatiue, ut a quo separet anima .i. a corpore conuenit sibi ratione humanæ naturæ. ¶ Per idem ad confirmationem, quia ut homo accepit mandatum ponendi animam .i. de complacendo & patiendi animam poni, sed non effectiue, ita quod ponere animam & non ponere fuerit in potestate animæ eius, & talis expositio non est extorta. quia eadem autoritas potest exponi partim de capite partim de membris, sicut hic, qui potuit transgredi & non est transgressus, quantum ad posse transgredi exponitur de membris, quantum ad non transgredi exponitur de capite, ita idem secundum aliquid potest exponi de Christo ratione

A ne naturæ increatæ . & secundū

Paul. 1.1. aliquid ratione naturæ creatæ .

¶ Ad aliud de clamore valido dico q̄ alterum fuit miraculum, s̄q̄ clamavit valide ī hora mortis, & ex potētia verbi, sed q̄ anima fuerit separata per violentiā passionis, hoc fuit naturale supposito miraculo primo de non redundantia gloriæ in corpus, nam omnia quæ passus est fuerunt quodammodo miraculosa, licet naturalia, quia quod nō potest fieri nisi præsupposito miraculo, & si factō miraculo posset naturaliter fieri, in relatione tamen ad miraculum necessario præsuppositū est aliquo modo miraculosum. Sed quod patitur Christus secundum animam & corpus, vel secundū portionem inferiorem rationis hoc fuit ex miraculo primo, quo gloria animæ non redūbat in corpus, ideo totum quod patitur fuit miraculosum, & tamen naturaliter patitur factō illo miraculo, sicut cæcus natus naturaliter videt facta illuminatione miraculose.

POST PRÆDICTA CON
SIDERARI OPORTET &c.

DIST. XVII.

QVÆSTIO. VNICA.

Virum in Christo fuerunt tantum duas voluntates.



IRCA istā. 17. dis.
in qua magister agit de his q̄ p naturā humanā operatus est Christus, quia principii operationis humanæ

est voluntas, sine qua nec opus est meritorium nec laudabile. *Quæst. 1.*

¶ Iō primo quaro de voluntate.

¶ Et distin. sequenti de merito.

¶ Queritur ergo circa p̄ntē dist.

vtrū in Christo fuerunt tm̄ due

voluntates. Quod non. quia oīs

voluntas est dñā sui actus, sed si

in Christo essent duæ voluntates,

altera non esset voluntas, quia

non dñā sui actus probo, quia il

la potentia nō est dñā sui actus

quæ sequitur motū alterius po

tētiae, quia sic sequi non est dñā

ri suo actui, sed subdi alteri re

spectu sui actus, sed si fuit ī Xpo

voluntas creata, illa sequit̄ mo

tum voluntatis verbi increatæ,

quia verbū egit actionem natu

ræ humanæ. igitur non fuit vo

luntas. ergo &c. ¶ Præterea, q̄ in

Christo non sint tantū due vo

luntates probat̄, quia cū ibi sit

voluntas libera sequens intelle

ctum creatum, & præter hanc

voluntas naturalis, & voluntas

libera & naturalis habeant op

positum modum ferendi vel tē

dendi in obiectum, sequitur q̄

erunt duæ voluntates, & in ip

so est voluntas increata. ergo.

¶ Contra, habuit tantum duos

intellectus, scilicet increatum &

creatum. igitur tantum duas

voluntates.

ISTAM QVÆSTIO-

nem soluit Dam. c. 60. in sen. *Li. 3. c. 14.*

di. q̄ sicut s̄m fidem firmiter te

nēdum est in Christo esse duas *Quare*

naturas & vnam hypostasim, ita *Th. 3. par*

oportet concedere sicut conse

quens ex illo q̄ in ipso sint pro

prietates naturales & poten

tiae vtriusque naturæ, sed po

tentiae perfectissime naturæ ra

tionalis sunt intellectus & vo

luntas, igitur in ipso sunt intel

lectus creatus & voluntas crea

M 2 ta,